

ut sol divisionem illam, lucis scilicet et tenebrarum, in exordio mundi, Domini dispensatione æqualiter compositam, transcendat; et ab una in duas, a duabus in tres, a tribus in quatuor, a quatuor in quinque, a quinque in sex horas, luce in solis ascensu crescente, tenebræ decrescant. a (15)..., et vicesimi numeri adjectione completa, xii partes in uno eodemque die suppleantur. Sed et ego, si aliquid stillicidii, post quorumdam exuberantia eloquentiae scientiæque flumina, tentassem inferre; quid aliud

A credendum esset, nisi jactantiæ, et, ut verius dicam, dementiae ab omnibus esse aserendum, nisi nos paulisper orationum tuarum pollicitarum animaret auxilium? quia credimus orationi ac fidei tuae nihil esse impossibile. Qua confidentia roborati, profundissimum obscurissimæ computationis et improvisum pelagus, consurgentibus undique quæstionibus ac problematibus intumescentibus, ingrediemur verecundia contempta.

II. De novilunio primi mensis.

Est ergo in primo anno initium primi mensis, quod est xix annorum circuli principium; secundum Ægyptios quidem mensis Phamenoth xxvi die; juxta Macedones vero Dystri mensis xxii die; secundum Romanos vero Martii mensis xxiii, id est viii Kalendas (16) Aprilis. In qua die non solum invenitur sol concorduisse primam partem, verum etiam quadram lunam (lege quartam diem) jam in ea die habere, id est in prima ex duodecim partibus. Hæc autem particula prima ex xii vernale est æquinoctium; et ipsa est initium mensium, et caput circuli, et absolutio cursus stellarum, quæ planetæ, id est vagæ, dicuntur, ac finis xii particulae, et totius circuli terminus. Et ideo dicimus, non parum delinquere eos, qui ante hoc initium novi anni Pascha putant esse celebrandum.

"Ἔχει τοίνυν (17) ἐν τῷ πρώτῳ ἔτει τὴν νουμηνίαν τοῦ πρώτου μηνὸς, ἥτις ἀπάσης ἐστὶν ἀρχὴ τῆς ἐννεακαιδεκαετηρίδος· τῇ κατ' Αἰγυπτίους μὲν Φαμενώθ (18) ἔκτῃ καὶ εἰκάδι, κατὰ δὲ τοὺς Μακεδόνων μῆνας, Δύστρου δευτέρᾳ καὶ εἰκάδι· ὡς δ' ἀν εἰποιεν 'Ρωμαῖοι, πρὸ ἔνδεκα Καλανδῶν Ἀπριλίων. Εὑρίσκεται δὲ ὁ ἥλιος ἐν τῇ προκειμένῃ Φαμενώθ ἔκτῃ καὶ εἰκάδι οὐ μόνον ἐπιβάς τοῦ πρώτου τμήματος, ἀλλ' ἥδη καὶ τετάρτην ἡμέραν ἐν αὐτῷ διαπορευόμενος. Τοῦτο δὲ τὸ τμῆμα, πρῶτον δωδεκατημέτριον καὶ τετραμερινὸν, καὶ μηνῶν ἀρχὴν, καὶ κεφαλὴν τοῦ κύκλου, καὶ ἄφεσιν (19) τοῦ τῶν πλανητῶν δρόμου καλεῖν εἰώθασι· τὸ δὲ πρὸ τούτου, μηνῶν ἔσχατον καὶ τμῆμα δωδέκατον καὶ τελευταῖον δωδεκατημέτριον, καὶ τέλος τῆς τῶν πλανητῶν περιόδου. Διὸ καὶ τοὺς ἐν αὐτῷ τιθεμένους τὸν πρῶτον μῆνα, καὶ τὴν τετσαρεσκαδεκάτην τοῦ Πάσχα κατ' αὐτὴν λαμβάνοντας (20), οὐ μικρῶς οὐδὲ ὡς ἔτυχεν ἀμαρτάνειν φαμέν.

III. Antiquorum Judæorum opinio.

Sed nec a nobis primis exordium sumit hæc ratio: antiquis Judæis suisse comprobata monstratur et ante adventum Christi observata. Sicut evidenter docet

C "Ἐστι δ' οὐχ ἡμέτερος οὗτος ὁ λόγος· 'Ιουδαῖοις δὲ ἔγινώσκετο τοῖς πάλαι καὶ πρὸ Χριστοῦ· ἐφυλάττετο τε πρὸς αὐτῶν (21) μάλιστα. Μαθεῖν δ' ἔστιν ἐκ τῶν

H. Valesii interpretatio.

II. Habes igitur in primo anno novilunium primi mensis, quod caput est totius circuli novemdecim annorum: secundum Ægyptios quidem die vicesima sexta mensis Phamenoth; juxta Macedones vero die vicesimo secundo mensis Dystri, ut autem Romani dicerent, ante diem undecimum Kalendarum Aprilium. Porro in supradicta die vicesima sexta mensis Phamenoth, sol reperitur non modo primum ingressus segmentum, verum etiam quartum in ea diem percurrentis. Hanc partem primum dodecatemoriū, et æquinoctium; et mensium initium, et caput circuli, et carceres cursus planetarum vocare solent. Quæ vero banc partem proxime antecedit, finis mensium, et segmentum duodecimum, et ultimum dodecatemoriū, et terminus circuitus planetarum vocatur. Quamobrem, qui primum mensem in ea statuunt, et quartam decimam paschalis festi ex ea deducunt, eos non mediocriter errare affirmamus.

III. Atque hæc opinio non a nobis primum ex cogitata est; sed a priscis Judæis etiam ante Christi adventum cognita, et ab iis diligenter observata est. Idque ex Philonis, Josephi ac Musæi verbis licet cognoscere. Neque ex his duntaxat, verum etiam ex aliis antiquioribus: duobus scilicet Agathobulisi, qu

(15) *A . . . In his. erat accc. Nescio an sit, ac cc. an ac c. BUCHER.*

(16) *Id est viii Kalendas. Ita expresse ms. codex, licet conformiter ad præcedentes numeros legendum esset xi. Credo esse verum antiqui textus vestigium. Id.*

(17) *'Ἔχει τοινύν. Hic subaudiri aliquid manifestum est. Christophorus quidem festum paschale subaudiri existimavit; quod est absurdum. Neque enim Pascha incidit in novilunium primi mensis. Ego vero existimo scribendum esse ἔχεις: vel certe ἔχει in imperativo. VALES. — Graeca hæc Anatoliana servavit nobis Eusebius Hist. eccl. lib. vii, cap. 32. Ea sistimus inter veterem interpretem Buecherianum, et recentiorem Valesium.*

(18) *Tῇ κατ' Αἰγυπτίους μὲν Φαμενώθ. In cod. Med., Fuk. et Mazar. legitur τῇ. Sed omnino le-*

D gendum est τῇ, ut sequentia demonstrant. BUCHER.

(19) *Kαὶ ἄφεσιν τοῦ δρόμου. Hanc vocem non intellexerunt interpretes. 'Αφεσις propriæ est transenna, ex qua emittuntur quadrigæ, ut recte notavit Scaliger in notis ad Manilius pag. 126. Primum igitur dodecatemoriū vocabatur ἄφεσις, quod ab illo tanquam a carceribus inciperet cursus planetarum. 'Αφεσις ergo idem est quod ἀφετηρία. VALES.*

(20) *Kατ' αὐτὴν λαμβάνοντας. Omnino scribendum est κατ' αὐτό, ut jam pridem conjecteram. Atque ita emendavit Petavius in animadversionibus ad Epiphanium, pag. 190, ubi hunc Anatolii locum diligenter exponit. In quo etiam exponendo egregiam operam pavavit Ægidius Buecherius. Id.*

(21) *Πρὸς αὐτῶν. Legeram πρός. Nunc vero in quibusdam schedis videtur esse πρό . . . Ita in emendand. ad calcem edit. Cantabr.*

διὸ Φίλωνος, Ἰωσήπου, Μουσαῖου λεγομένων· καὶ οὐ μόνων τούτων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἔτι παλαιοτέρων· ἀμφοτέρων Ἀγαθοῦ οὐλῶν (22) τῶν ἐπίκλην Διδασκάλων· Ἀριστοθούλου τοῦ πάνυ (23), ὃς ἐν τοῖς ἑνδομήχοντα κατειλεγμένος τοῖς τὰς ἱερὰς καὶ θεῖας Ἐβραίων ἐρμηνεύσασι Γραφὰς Πτολεμαῖψ τῷ Φιλαδέλφῳ καὶ τῷ τούτου πατρὶ, καὶ βιβλους ἐξηγητικάς τοῦ Μωϋσέως νόμου τοῖς αὐτοῖς προσεψώντας βασιλεῦσιν· οὗτοι τὰ ζητούμενα κατὰ τὴν "Ἐξόδον ἐπιλύοντες, φασὶ δεῖν τὰ διαβατήρια θύειν ἐπίστης ἄπαντας μετὰ Ισημερίαν ἔαριντην, μεσοῦντος τοῦ πρώτου μηνός· τοῦτο δὲ εὑρίσκεται, τὸ πρῶτον τμῆμα τοῦ ἡλιαχοῦ, ἢ ὡς τινες αὐτῶν ὠνόματαν, ἔως οὐρανοῦ κύκλου διεξιόντος ἡλίου.

IV. Quid præterea Aristobulus.

Οὐ δὲ Ἀριστόθουλος προστίθησιν, ὡς εἴη ἐξ ἀνάγκης τῇ τῶν διαβατηρίων ἕορτῇ μὴ μόνον τὸν ἡλιον τὸ Ισημερινὸν διαπορεύεσθαι τμῆμα, καὶ τὴν σελήνην δέ. Τῶν γάρ ισημερινῶν τμημάτων δυτῶν δύο, τοῦ μὲν ἔαρινοῦ, τοῦ δὲ μετοπωρινοῦ, καὶ διαμετρούντων ἀλληλα· διοθείσης τε τῆς τῶν διαβατηρίων ἡμέρας τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τοῦ μηνὸς μεθ' ἐσπέραν, ἐστίξεται μὲν ἡ σελήνη τὴν ἐναντίαν καὶ διάμετρον τῷ ἡλιῷ στάσιν· ὡσπεροῦν ἔξεστιν ἐν ταῖς πανσελήνοις ὅρᾳ· Εσοντας δὲ ὁ μὲν κατὰ τὸ ἔαρινὸν Ισημερινὸν ὁ ἡλιός τμῆμα· ἡ δὲ ἐξ ἀνάγκης κατὰ τὸ φθινοπωρινὸν Ισημερινὸν ἡ σελήνη.

V. Certior Christianorum sententia.

Οἶδα πλεῖστα καὶ διλλα πρὸς αὐτῶν λεγόμενα· τοῦτο μὲν πιθανά· τοῦτο δὲ κατὰ τὰς χυριακὰς ἀποδεῖξεις (24) προϊόντα· δι' ὧν παριστάνειν πειρῶνται τὴν τοῦ Πάτρα καὶ τῶν Ἀζύμων ἕορτὴν, δεῖν πάντως μετ' Ισημερίαν ἄγεσθαι. Παρίημι δὲ τὰς

A Philo et Josephus, sed et iis antiquiores Agathobulus, et ab eo eruditus Aristobulus ex Paneade; qui unus ex illis septuaginta senioribus fuit, qui missi fuerunt a pontificibus ad Ptolemaeum regem, Hebreorum libros interpretari in Graecum sermonem, quique multa ex traditionibus Moysi proponenti regi percunctantique responderunt. Ipsi ergo, cum quæstiones Exodi exponerent, dixerunt Pascha non prius esse immolandum, quam æquinoctium vernale transiret.

ἔαριντην, μεσοῦντος τοῦ πρώτου μηνός· τοῦτο δὲ εὑρίσκεται, τὸ πρῶτον τμῆμα τοῦ ἡλιαχοῦ, ἢ ὡς τινες αὐτῶν ὠνόματαν, ἔως οὐρανοῦ κύκλου διεξιόντος ἡλίου.

Aristobulus etiam hoc addit: in die Paschæ non solum observandum esse, ut sol æquinoctium vernale transcendat, verum etiam et luna. Cum enim duo sint æquinoctia, inquit, veris et autunni, æquis spatiis dirempta; et decima quarta die mensis primi ad vesperum sit statuta solemnitas: quando seli opposita (luna) e regione deprehenditur, siue etiam oculis probare licet; invenitur utique verisæquinoctii partem sol obtinens, luna vero econtrario autumnalis.

B trario autumnalis.

Scio et alia multa ab iisdem tradi, partim probabilia, partim certissimis demonstrationibus conclusa; quibus se putant evidenter ostendere, Pascha et festum Azymorum omnino post æquinoctium esse celebrandum. Verum hujusmodi de-

H. Valesii interpretatio.

Magistri cognominati sunt; et Aristobulo viro præstantissimo, qui unus fuit ex illis septuaginta viris, qui sacra Hebreorum volumina in Ptolemaei Philadelphi et parentis ipsius gratiam Graeco sermone interpretati sunt: et qui libros explanationum legis Mosaicæ iisdem regibus nuncupavit. Hi, dum solutiones afferunt quæstionum in Exodus, aiunt cunctos pariter Pascha immolare debere post æquinoctium vernum in medio primi mensis. Id autem contingit, cum sol primam partem solaris, aut, ut quidam nominant, zodiaci circuli percurrit.

IV. Addit præterea Aristobulus, in celebranda paschali festivitate necessario id requiri, ut non modo sol, sed et luna segmentum æquinoctiale percurrat. Nam cum duo sint segmenta æquinoctialia, alterum vernum, alterum autumnale; eaque ex diametro sibi vicissim opposita; cumque quarta decima dies mensis ad vesperum paschali festo assignata sit: luna quidem ex adverso soli consistet, quemadmodum videre est in pleniluniis. Ac sol quidem vernum æquinoctiale segmentum obtinebit: luna vero segmentum autumnalis æquinoctii necessario occupabit.

(22) Ἀμφοτέρων Ἀγαθοῦ οὐλῶν. Duos fuisse Agathobulos cognomento Doctores, scribit Anatolius. Sed quod eos Philone et Josepho vetustiores facit, vereor ne opinione sua falsus sit. Nam Agathobulus philosophus floruit temporibus Adriani, ut scribit Eusebius in *Chronico*, et ex illo Georgius Syncellus. VALES.

(23) Ἀριστοθούλου τοῦ πάτρου. Rufinus Aristobulum ex Paneade interpretatur, gravi errore. Sed Rufinum nihil moror, cuius versio innumeris mensis referta est. Miror Scaligerum, qui animadversionibus Eusebianis, pag. 130, Anatolii verba ex prava Rufini interpretatione corrigenda esse censuit. Beda quoque in lib. *De ratione computi*, pravam Rufini interpretationem secutus ita scribit: *Sicut eorum antiquiores Agathobulus, et ab eo eruditus Aristobulus et Panada, qui unus ex illis septuaginta senioribus fuit, qui missi fuerant a pontificibus, etc.* Videtur Beda existimasse Panadam no-

C men fuisse proprium scriptoris Judæi: quia scilicet in codice Rufini quo utebatur, scriptum erat *Aristobulus et Panada*, quomodo etiam legitur in vetustissimo codice Parisiensis Ecclesiæ qui penes me est, et in Corbeiensi non minoris vetustatis codice, qui nunc est in bibliotheca S. Germani. Cæterum quod hunc Aristobulum unum fuisse ex Septuaginta senioribus scribit Anatolius, id jam pridem refutavit Scaliger in eo loco quem citavi. Porro hic Aristobulus διδάσκαλος etiam cognominatus est, ut scribitur in lib. II Machabæorum cap. 1, eo quod Ptolemaei regis magister fuisse. Neque enim assentior Scaligero, qui hunc Aristobulum cuius mentio fit in historia Machabæorum, distinguit ab illo Peripatetico philosopho, qui suos in legem Moysis commentarios Ptolemaeo Philometori nuncupavit. Ib.

(24) Κυριακὰς ἀποδεῖξεις. Christophorus vertit ratas: sic χυρίας δόξας dicuntur a Græcis. Rufinus validissimas assertiones vertit. Ib.

monstrationum copiam exigere prætermittimus, quibus velamen Mosaicæ legis ablatum est : et quibus revelata jam facie Christum, Christique doctrinam et passionem tanquam in speculo deinceps intueri licet. Cæterum primum mensem apud Hebræos circa æquinoctium incipere manifeste convincitur, vel ex iis præceptis quæ in libro Enoch leguntur.

VI. Pascha non nisi post transactum æquinoctium celebrandum.

Et ideo in hac concordatione solis et lunæ Pascha non est immolandum, quia quandiu in hoc cursu deprehenduntur, tenebrarum potestas non est victa ; et quandiu æqualitas inter lucem et tenebras perdurat, nec a luce diminuta, Pascha non esse immolandum ostenditur. Idecirco ergo post æquinoctium Pascha immolari præcipitur, quia **xiv** luna ante æquinoctium, et in æquinoctio totam noctem non implet. Post æquinoctium vero luna **xiv** una die adjecta, quod est æquinoctii transgressus, licet ad verum lumen, id est ortum solis et diei principium non pertenderit ; tamen post se tenebras non derelinquet. Ideo ergo septem dies azymorum ad immolandum Pascha Moysi a Domino custodiri jubentur, ut in ipsis nulla tenebrarum potestas lucem supergredi inveniatur. Et licet quatuor noctium initium tenebrescat, id est **xvii** et **xviii** et **xix**, et **xx**, tamen vigesima luna tenebras extendi usque ad noctis medium ante exorta non permittit.

VII. Pascha immolari luna **xxii** non vult Anatolius.

Nobis autem, quibus impossibile est ut hæc omnia uno eodemque tempore apte veniant, id est luna **xiv** et dies Dominica, æquinoctio transacto ; et quos necessitas Dominicæ resurrectionis constringit, ut in die Dominica Pascha immolemus ; conceditur ut usque ad vicesimam lunam principium nostræ solemnitatis extendamus. Quia vice-sima luna licet totam noctem non impleat, tamen in secunda vigilia exorta majorem noctis partem illuminat. Certe si usque ad duarum vigiliarum terminum, quod est noctis medium, ortus lunæ tardaverit, non lux tenebras, sed tenebrae lucem superant. Quod certum est in Pascha non esse possibile, ut aliqua pars tenebrarum luci dominetur : quia solemnitas Dominicæ resurrectionis lux est ;

Α τοιαύτας τῶν ἀποδεῖξεων ὅλας ἀπαιτῶν (25), ὃν περιήργται μὲν τὸ ἐπὶ τοῦ Μωυσέως νόμῳ κάλυμμα· ἀνακεκαλυμμένῳ δὲ τῷ προσώπῳ λοιπὸν ἡδη Χριστὸν καὶ τὰ Χριστοῦ ἀεὶ κατοπτρίζεσθαι μαθήματα τε καὶ παθήματα. Τοῦ δὲ τὸν πρῶτον παρ' Ἐβραίοις μῆνα περὶ ἵστημερίαν εἶναι, παραστατικὰ καὶ τὰ ἐν τῷ Ἐνώχ (26) μαθήματα.

—
et non est communicatio luci cum tenebris. Et si in tertia vigilia luna scanderit, non est dubium lunam **xxii** vel **xxiii** lunam exortam, in qua verum Pascha non est possibile immolari. Nam qui B hac ætate lunæ Pascha definiunt posse celebrari, non solum illud auctoritate divinæ Scripturæ affirmare non possunt, sed et sacrilegii et contumaciæ crimen, et animarum periculum incurruunt ; dum affirmant veram lucem posse immolari cum aliqua dominatione tenebrarum, quæ omnibus dominetur.

VIII. Contra quosdam Galliæ computistas, qui luna **xxi** et **xxii** Pascha legitimum sanciebant.

Igitur non est huic assertioni contrarium, sicut quidam Galliæ partis computarii affirmant, illud quod in Exodo legitur : *Primo mense, xiv die mensis primi ad vesperum comedetis azyma, usque ad vicesimum primum diem mensis ad vesperum. Septem diebus fermentum non invenietur in domibus vestris*¹. Unde affirmant Pascha in vicesima prima luna posse immolari ; intelligentes, quod si luna **xxii** adjecta fuerit, **viii** dies azymorum inveniantur. Quod in Veteri quidem Testamento non potest probabiliter inveniri, Domino per Moysem præcipiente : *Septem diebus comedetis azyma*². Nisi forte ab eis decimus quartus dies in azymis cum Paschæ immolatione non annumeretur ; contra Evangelii dictum, dicentis : *Prima autem die azymorum accesserunt discipuli ad Jesum*³. Quin dubium non est, quin **xiv** dies sit, in quo discipuli Dominum interrogaverunt secundum morem antiquitus sibi constitutum : *Ubi vis paremus tibi comedere Pascha?* Sed ideo hanc adjectionem affir-

D mant, qui in hoc errore decipiuntur, quia nesciunt, **xiii** et **xiv**, **xiv** et **xv**, **xv** et **xvi**, **xvi** et **xvii**, **xvii** et **xviii**, **xviii** et **xix**, **xix** et **xx**, **xx** et **xxi**, lunam probatissime in uno die inveniri. Omnis namque dies in lunæ computatione, non eodem numero quo mane iniciatur, ad vesperum finitur : quia dies quæ

¹ Exod. xii, 18, 19. ² Ibid. 15; Levit. xxiii, 6. ³ Matth. xxvi, 17; Marc. xiv, 12; Luc. xxii, 7.

(25) Ὅλας ἀπ' αὐτῶν. Nostri quinque codices uno consensu scriptum habent ὅλας ἀπαιτῶν· sed in codice Regio eadem manu adnotatur, scribendum esse ἀπ' αὐτῶν. Certe ἀπ' αὐτῶν legendum esse, ex sequentibus appetet. Nisi enim ita legeris, quo referes ea, quæ sequuntur verba, ὃν περιήργται, etc.? Sed nunc re attentiūs examinata, scribendum censeo ὅλας ἀπαιτῶν· φέρεται, etc. Idque et sensus, et syntaxeos ratio postulat. VALES.

(26) Ἐν τῷ Ἐνώχ. Liber Enoch citatur a Juda in Epistola canonica. Erat liber apocryphus, nec inter canonicos Hebræorum libros receptus. Sed tamen apostoli, eorumque exemplo antiqui Patres, testimonia ex apocryphis proferre non dubitarunt : ea scilicet, quæ ad astruendam veritatem facerent, ex iis eligentes. Vide Georgium Syncellum in Chronico, ubi luculentum fragmentum afferit ex libris Enoch. Id.